

# 18<sup>th</sup> Sunday after Pentecost

Green

2 Cl. (Semiduplex)

INTROIT: *Ecclus. 36:18*

Da pacem, Domine, sustentibus te, ut prophetæ tui fideles inveniantur : exaudi preces servi tui, et plebis tuæ Israel. *Ps. 121:1*: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi : in domum Domini ibimus. *℟. Gloria.*

*Give peace, O Lord, to them that patiently wait for thee, that thy prophets may be found faithful : bear the prayers of thy servant, and of thy people Israel. Ps. 121:1: I rejoiced at the things that were said to me : We shall go into the house of the Lord. ℟. Gloria.*

COLLECT

Dirigat corda nostra, quæsumus, Domine, tuæ miserationis operatio : quia tibi sine te placere non possumus. Per Dominum.

*May the operation of thy mercy direct our hearts we beseech thee, O Lord : for without thee, we are unable to please thee. Through our Lord.*

EPISTLE: *1 Cor. 1:4-8*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres : Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu : quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni scientia : sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis : ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus domini nostri Jesu Christi.

*A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Corinthians.*

*Brethren: I give thanks to my God always for you, for the grace of God that is given you in Christ Jesus, that in all things you are made rich in him, in all utterance and in all knowledge, as the testimony of Christ was confirmed in you, so that nothing is wanting to you in any grace, waiting for the manifestation of our Lord Jesus Christ. Who also will confirm you unto the end without crime, in the day of the coming of our Lord Jesus Christ.*

GRADUAL: *Ps. 121:1, 7*

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi : in domum Domini ibimus. *℟. Fiat pax in virtute tua : et abundantia in turribus tuis.*

*I rejoiced at the things that were said to me : We shall go into the house of the Lord. ℟. Let peace be in thy strength, and abundance in thy towers.*

ALLELUIA: *Ps. 101:16*

Timebunt gentes nomen tuum, Domine : et omnes reges terræ gloriam tuam.

*The Gentiles shall fear thy name, O Lord : and all the kings of the earth thy glory.*

GOSPEL: Mt. 9:1-8

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore : Ascendens Jesus in naviculam, transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se : Hic blasphematur. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit : Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere : Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere : Surge, et ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico : Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surrexit, et abiit in domum suam. Videntes autem turbæ timebant, et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

*Continuation of the holy Gospel according to St Matthew.*

*At that time: Jesus entering into a boat, passed over the water, and came into his own city. And behold, they brought to him one sick of the palsy lying in a bed; and Jesus seeing their faith, said to the man sick of the palsy: Be of good heart, son, thy sins are forgiven thee. And behold, some of the scribes said within themselves: He blasphemeth. And Jesus, seeing their thoughts, said: Why do you think evil in your hearts? Whether it is easier to say: Thy sins are forgiven thee; or to say: Arise, and walk? But that you may know that the Son of man hath power on earth to forgive sins (then said he to the man sick of the palsy): Arise, take up thy bed, and go into thy house. And he arose, and went into his house. And the multitude seeing it, feared and glorified God, that gave such power to men.*

OFFERTORY: Exod. 24:4-5, 33:17-18, 20-23

Sanctificavit Moyses altare Domino offerens super illud holocausta, et immolans victimas : \*fecit sacrificium vespertinum in odorem suavitatis Domino Deo in conspectu filiorum Israel. V. Locutus est Dominus ad Moysen dicens : Ascende ad me in montem Sina et stas super cacumen ejus : Surgens Moyses ascendit in montem, ubi constituit ei Deus, et descendit ad eum Dominus in nube et adstitit ante faciem ejus. Videns Moyses prociens adoravit dicens : Obsecro, Domine, dimitte peccata populi tui. Et dixit ad eum Dominus : Faciam secundum verbum tuum. Tunc Moyses \*fecit. V. Oravit Moyses Dominum et dixit : Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum manifeste, ut videam te. Et locutus est ad eum Dominus dicens : Non enim videbit me homo et vivere potest : sed esto super altitudinem lapidis et proteget te dextera mea, donec pertranseam : dum pertransiero, auferam manum meam et tunc videbis gloriam meam, facies autem mea non videbitur tibi, quia ego sum Deus ostendens mirabilia in terra. Tunc Moyses \*fecit.

*Moses consecrated an altar to the Lord, offering upon it holocausts, and sacrificing victims : he \*made an evening sacrifice to the Lord God for an odour of sweetness, in the sight of the children of Israel. V. The Lord spoke to Moses saying: Thou shalt ascend to me to the Mount of Sinai and stand on the top thereof. Moses rose and ascended the mountain, where God had summoned him, and the Lord descended unto him in a cloud and stood before his face. Moses saw this, fell down and adored, saying: I beseech thee, O Lord, forgive the sins of thy people. And the Lord said unto him: I shall do according to thy word. Then Moses \*made. V. Moses prayed to the Lord and said: If I have found grace in thy sight, show thyself manifestly to me. And the Lord spake and said unto him: No man seeth me and is able to live : but be thou on the height of the rock, and my right hand shall protect thee till I pass : when I pass I will take away my hand and then shalt thou see my glory : but my face shall not be seen by thee, for I am the God showing wonderful things on the earth. Then Moses \*made.*

## SECRET

Deus, qui nos per hujus sacrificii veneranda commercia unius summæ divinitatis participes efficis : præsta, quæsumus : ut sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dominum.

*O God, who by thy holy intercourse with us in this sacrifice makest us partakers of the one supreme Godhead : grant, we beseech thee, that as we know thy truth, so we may attain it by a worthy life. Through our Lord.*

## PREFACE

### *Of the Trinity*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietates, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

*It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinity of one substance. For that which we believe from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:*

## COMMUNION: Ps. 95:8-9

Tollite hostias, et introite in atria ejus : adorete Dominum in aula sancta ejus.

*Bring up sacrifices, and come into his courts : adore ye the Lord in his holy court.*

## POST-COMMUNION

Gratias tibi referimus, Domine, sacro munere vegetati : tuam misericordiam deprecantes : ut dignos nos ejus participatione perficias. Per Dominum.

*Nourished by thy holy gift, we give thee thanks, O Lord, and we beseech thy mercy, that thou wouldst make us worthy to partake of it. Through our Lord.*